



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

SAVIOLI GIOVANNI, *Flammulae divini amoris carmine adumbratae et una cum nonnullis epigrammatis ex opusculo poetico Ioannis Savioli Roboretani. Nondum in lucem dato depromptae a Carolo Zanetto*, Trento, Santo Zanetti, 1638.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 40

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/149>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T.S.d. 307.

altra operetta maggiore:

Te. Gavioli. T. H. Vort. Hoborelani
et hodie viri Religiosi Epigram-
matum sacerorum, & liber
primus, cui accesserunt
Epistola tres Anima Christiana
ad Celestem Sponsum et so-
dem Sponsi Rescriptiones.

Trident - Zanetti - 1640

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
I - Op
d
40

K1113746
D1113712

Familia Alexandrina 1773
FLAMMVLÆ

DIVINI AMORIS

Carmine adumbratæ

*Et unâ cum nonnullis Epigramatis
ex Opusculo Poetico*

IOANNIS SAVIOLI
ROBORETANI.

*Nondum in lucem dato depromptæ
à Carolo Zanetto.*



Tridentis, Typis Sancti Zanetti, Imvuls. Folio.



Materiæ de quib⁹ Epigrammata propediem edentur, & ex ijs, iam paucula deprompta, prælibanda offeruntur, sunt sequentes.

Monosticha sacra.

Lacrymæ Christi nascentis.

Eiusdem Gaudia morientis.

Miscellanea sacra & moralia.

Funebria.

Diuini Amoris Flammulæ, quæ huc, ad principium, sunt appositæ.

Ita mendas emenda.

- Pag. ix. vers. 15. ard ndi leg. ardenti.
Pag. x. vers. 4. Monastich s leg. monostichis.
Pag. xi. vers. 13. Fossitan. leg. forsitā.
Pag. xii. vers. 14. haut fictos edid. leg. haud fictos edit.

I I I.

Prænobili D. D.

CHRISTOPHORO ERNESTO

à Schultius Congregationis minoris B. Virg.

MARIÆ ab Angelo salutari Tridenti

apud RR Patres Societatis IESV

erectæ Præfecto, & reliquis om-

nibus Sodalibus Marianis.

S.




HEC pauca multorum Epigramma-
rum prægustanda libamina, & has
modicas Amoris diuini Flammulas
flamanti pectori tuo, lectissime Ado-
lescens, totiq; diuinarum Flamma-
rum Officina toti, inquam, Congre-
gationi vestre, Candidissimi Soda-
les, inscribo, & offero. Auctor fuit vester olim So-
dalis, hodie vir religioso ordine coonestatus, qui cum
suis hæc Flammulas dirigat ad ea potissimum corda
inflamanda, quæ aut nunquam in hac inflammante
& inflammata Pulastri sese exercuerunt, aut iam pri-
dem tepore sunt illita, vel omnino frigore, non flam-
marum ardore, sunt adusta; hinc Sodalis pium opu-
sculum sub Sodalium nominis auspicio diuulgari pijs
& cordatis Viris non incongruens visum est, quod
proinde & vos boni consulti uos confido, Vale inue-
rim, Adolescens optime, valete omnes, ingenius So-
dalis, dum, quis vestrum hac super re sensus sit;
expecto.

Dominatiorum uestrarum

Humilis. seruus

Carolus Zanettus Typ. Fil.



In laudem Eiusdem

prænob. D.

CHRISTOPHORI ERNESTI
à Schulthaus.

MOribus esse pijs, mirâ pietate micantem
Te vultus, vertex, ora vel ipsa notant.


Quando cor exundat; referunt hinc ora natare:
Quam tibi corda vndant; si caput omne natat?


Te simul exeruciant laudes: laudatior hinc es:
Laudibus est multis hæc quoq; multa tuis.

Hinc mihi non canitur virtutum plurimus Ordo
Te decorans, nimium ne pia corda premam.

At quia nil laudes, quia nil sunt omnia mundi;
Non est, cur cruciet; quòd nihil esse vides.

Voluere mente, nihil quòd sint hæc omnia, confert:
En laudes, vt nil, voluere mente iuuat.





DIVINI AMORIS

Flammulæ.

Flammula prima.

O AMOR, ò placidum diuini Flamen Amo-
ris,
En tibi cor nostrum, qui cor amare so-
les.

Suscipe, cordis amans, cor amatum suscipe: viuat
O quam cordatè, quam bene corde carens.

II.

O Amor, ò amplum diuini Pignus Amoris,
Ecquando, flammans, corda cremabis, Amor?
Arida sunt, nequeunt virtutum reddere fructus:
Igne cremata tuo, tunc fructicando virent.

III.

O Amor, ò faue distillans caelestia liba,
Dulcior Ambrosiâ nectaresq; scyphis.
Calice, quando, Sapor, sapis mihi solus, & ille
Non sapiet, qui te non sapit, omnis amor?

IV.

O Amor, ò Paon, animæ medicare dolentes
Qui nosti plagas, cordis & omne malum.
Oh! Plagas reparando, meas, superaddi: o plagas
Ipse tuas, plagis sic ego liber ero.

A 3

O Amor,

VI.

V.

O Amor, ò Ionis succendens pectora, pectus
 Et nostrum flammis ure, perure tuis.
 Ut cinis euadat; totum consumito: prunas
 Quam bene seruabit; si cinis ustus erit.

VI.

O Amor, ò Numen vera Fons vnus Amoris,
 Viscera (io:) lymphis perflue nostra tuis.
 Hac vitiosus amor deperdere viscera tentat:
 Te fluitante perit perditus omnis amor.

VII.

O Amor, ò solum Solamen, vera Voluptas!
 O quando dabitur me tui amore mori?
 Tum mihi solamen fueris, tunc vera voluptas;
 Si iulero panas, si iuleroq; necem.

VIII.

O Amor, an dubitas an amem te; ferre paratus
 Si sum mille cruces, mille subire neces?
 Va mihi! Cum panis tot glories esse paratus;
 Nilq; lubens pariar. Te, dubitas, an amem?

IX.

O Amor, vt dones mihi, clamo, perennis Amorem;
 Irrita sed semper tot mea vota facis;
 Nobile si nunquam mihi vis dare pignus Amoris;
 Hic mihi aa saltem iugè petatur Amor.

X.

O Amor, ecce modum, quo te reperire licebit;
 Pectora si semper linguaq; nostra petant.
 Io triumphe, mihi nunc est nodi pignus Amoris.
 A me quod procul est, iam mihi munus adest.

O Amor,

VII.

XI.

O Amor, hec nondum victoria parta; triumphans
 Dum cano, quodq; peto, non bene fortè peto.
 Hoc opus, hic labor est, bene req; perennè petendi.
 Oh! Bene quando petam, quando perennè petam.

XII.

Te sitio, poscoq; DEVS, mihi nulla voluptas,
 Donec te potiar, te scyphæ d.ue, fruar.
 Est dolor ipsa sitis, sed non sitis ista famelq;.
 Quam bonus es; tecum n̄ dolet ipse dolor?

XIII.

Quò magè te sitio; magis hinc procul ipse reced̄is,
 Dumq; peto; reddis te minus inde mihi.
 Anxia tene fuga dat nostra petitio; pana
 Quod tibi sit? Tibi ne pana sit, ergo veni.

XIV.

O Amor, anne fugis, mea quòd si crimina cernas,
 Illa graui nimium corda dolore preman?
 Ergo veni: veniens, ea perdes. Cernis ubiq;
 Crimina: ne cernas amplius; ergo veni.

XV.

Si fugis, horrendum quia fatent corda; tuere
 Fatorem; sequitur, dum fugis, ille fugam.
 Ergo fuga potius fatorem, o D.ue, sequentem:
 Proinus usq; fuges; proinus ergo veni.

XVI.

Vt sequar, anne fugis, quòd sim magè grata sequendo?
 Oh! Sequar, atq; pedes, iugè sequendo, teram.
 Te sed ab aspectu, ne dum sequor, abripe nostro.
 O Amor, haud nobis sic fugiendo, fugis.

VIII.

XVII.

Cum fugis, o utinam fugas, velut altera mater
 Cum tua dilecta protis ab ore fugit.
 Non fugit hac fugiens dextram dat saepe sequenti:
 Tu quoque da; totum ne fuge, quando fugis.

XVIII.

Obi; Fuge, quanto fugis tenera de more parentis,
 Cum fugiā natio; se sicut ille capi.
 O Amar aufugiens, mora si connexa frequenter:
 Ut capiens teneam te fuge, quando fugis.

XIX.

Aufugis at verè, dextram nec porrigis, vlla
 Cura nec est reditus, te proh velq; capi.
 Insidiasne struam struit ut voltanibus auceps?
 Decipulas aperem? Retia fortè parem?
 Ne, rogo, displiceat meditari; ea carmine Musa:
 De te saepe loqui quomodocumq; iuvat
 Esto, cor, aucupij rector, bona iugq; voluntas
 Viscus, & hoc ramos corporis unge tui,
 Atq; basi corpus firma, submissis si p
 Hac basis, hac referunt firmius esse nihil.
 Cognitioq; sui sint retia sintq; dolose
 Mundities pedca si splicuas cauea.
 Mens agat excubas: ex ordine cuncta parentur.
 Advolet ut cunus; pracine, Musa, melos.
 Nil ego, nil ego sum, nil sum, dolcissime rerum,
 (Mens age, s'ta vigilax) nil ego, nil ego sum.
 Nil ego sum, nihilo sum quiddam turpius ipso.
 (Heu: mens) me peius factus estq; nihil.
 Si quid fore queo; mala sunt que plurima possum,
 (Mens veni? Audiuir.) non nisi facti patro.

I·X.

Tu bona quaeq; potes, tu solus origo honorum,
Cor cape, stringe, liga, mordicus atq; tene.

XX.

Dono tibi toto, toto me pectore, tota
Mente, fibris totis visceribusq; meis.
Ipsaq; dono tibi mea pectora, viscera, mentem,
Vires, atq; fibras, omnia dono tibi.
Munus id esse quidem placidis sonat auribus amplum;
Quam tamen est fadum, quam leue, pure, malum.
Ne, precor, hinc renuas illud tibi sumere: fiet
Dum capis, eximium, nobile, suave, bonum.

Auctor ad Reu. P. FRANCISCVM de Cosmis
Roboretanum Societatis IESV Religio-
sum, & Nepotem suum.

Ignibus ardendi magnis tibi mitta pusillos
Hos ignes. Nunquid mittitur unda mari?

Non male forsitan aquas is mittit in equoris undas;
Qui cupit immixtas vim retinere maris.

Ignibus igniculos magnis miscere peropto;
Ut simul igniculi picta per astra volent.

Parua vel à primo fax perditur ore Notorum,
Magna nec Ælia flamina cuncta timet.

Cum iacis ipse tuas; hinc nostras addere confert;
Quod rapient mixtae tutius axis iter.

Ignibus ardenti magnis en mittere paruos,
Expedit, & modicas miscere in aquor aquas.

Sequentia Epigramata desumpta sunt e multo plu-
ribus quæ continentur sub titulis supra recen-
sis, & propediem edentur omnia.

E Monastichis extracta sunt quinque ut infra.
VERBUM CARO factum est.

Fulmine qui terret Terras. iam venire tenetur
Virginis. O Virgo, fulmen & omne tene.

Aliud.

Labitur è Calis DEVS alma in Virginis aluum.
Et Celo in Calum labitur ille nouum.

Ad Sanctiss. Virginem, IESVM in utero
gellantem.

Esse nouum Calum terebar; at erro; quid amplum
Es magis; haud Calum, quem capis ipsa, capis.

Aliud de eadem materiâ.

Terminat in MARIA fibris, cui terminus haud est;
Terminus humanis possit ut esse malis.

Aliud.

Celorum Domini Domus es, sanctissima Virgo,
Quo voluit; potuit te fabricare modo.

E lacrimis &c. extracta sunt hæc duo.

Blandule mi, salue, salue mi bellule IESV,
Parnule mi salue, Pusio anicis, auo.

IESV.

X I.

IESU LE mi. luges? luctum quis commouet? Inter
Gaudia mæstia reddere signa, iuuat?
Heu quod perdidideris me. plangis. amate Puellæ;
En tibi me reddo corde lubente, tace.

II.

Dum sola, dum Cælum positi dant signa doloris,
Quo Cælos Adam laferat atq; sola:
Ætherius pacem dum nuntiat Aliger Orbi,
Gloria dum Celsis fertur & esse DEO;
Assumpti, tu Christe gemens das signa doloris,
Mæstis lata tuis fletibus antra sonant.
Qui pacem retulisse tuo modo diceris ortu;
Quæ tibi pax homini gloria situe DEO?
Fositan eliciunt lacrymas tor flagra, cruoesq;
Seprima quæis mortem lustra cruenta dabunt?
At modo non adunt, solum præsentia ladit.
Ob? Quæ non adunt flagraq; Cruxq; gemis.

EGardijs Sec desumpta sunt hæc tria sequentia. §
Cor recolligatur ad Christi morientis me-
ditanda gaudia.

DIC, age, Cor mundi quæ tetenet ora vel aura?
Dum libet Appensum pendere mente Cruci?
Anne tenent silua, vel lustra, vel antra, vel vnda,
Vel sata, vel syries, vel iuga, vel scopuli?
Eia redi; teneat te tam dolor vnus IESU.
Exinili, sacris his spatiare placis.
Heu, indigna ur reditum, dulcissime IESU,
Cor mihi trade tuum, vel renouato vetus.
Si neutrum lubeat; cum mortua corpora corde
Non egeant; hei, hei, cor mihi trade tuum.

XII.

Quid tandem blatero? Quonam mens eacapererrat;
 Ad te conuerti dum sua corda cupi?
 Assidet insana; tua si pia corda tenere
 Optat, & illa sus cordis obire vices.
 Haret adhuc. Nî corda licet tua querere; totum,
 Te (totum nam vis irauere) trade mihi.

De solempni Christi Hierosolymorum ingressu.

Extremis extrema modis mala Partus Olympi
 Laturus, vitâ cum viduandus era;
 Totq; malis tantaq; neci celer obuius ibat,
 Auriti pulli vilia terga premens:
 Vndiq; cum properat iuuenum manus ampla senumq;
 Votibus atq; animis leta per astra volans.
 Quilibet hanc fictos edidit de pectore plausus,
 Testaturq; nouis gaudia viua modis.
 Hic clamydem prosternit humi, iacit alter abollans,
 Brachia palmarum iactat hic, ille comas.
 More triumphancum diuam tendebat in urbem,
 Quâ mox pellendus more latronis erat.
 Quo premitur maior, quo decidit altior alto;
 Altior excruciat pena, doloq; premit.
 Laudibus hinc plausit, non respuit Urbis honores,
 Namq; sequens crescet laudis honore probrum.

Vt appropinquauit, videns Ciuitatem, fleuit
 super illam. Luc. 19.

Vrbis at ut propius resonantia menia vidit
 Laudibus; in tepidas se lequefecit aquas;
 Dumq; perrennabant plausus per inane volantes;
 Lumi.

XIII.

Luminis orbe cadens gutta perennis erat.
 Causa cadentis erat gutta; nam multa dolebat
 Quod laus, quod canus continuaret honor.
 Altera causa fuit clades mox urbe futura;
 Lumina dum rorant, quam referebat, aquis.
 O genus Isacidum, si stat diuertere cladem;
 Stent oculi lacrymis, plandibus ora sonent.
 At modò præterijt. Nunc ingruit altera Terris.
 Oh! Vertant aliò flumina fronte tua

Em scellaneis sacris& moralib⁹hec fuere descripta
 De innumeris miraculis B. Virginis.

NO: tot fluminibus viret ardua floribus Æbra,
 Non tot pinguis humus sidera verna refert.
 Non tot caruleus Sol æstibus æstuat vdis,
 Non tot aues pennis aquor inane natant.
 Non tot vere gemunt vites, ridentq; lignstra,
 Lilia tot canent, guttura totq; canunt.
 Quot diuina Parens patrat miracula; nempe
 Diuisum imperium cum PATRE MATER habet.

B. VIRGO ab Angelo salutata.

ALliger ut Iuuenis peneualibus intulit alas,
 Virgo, tuis, insititq; salute frui,
 Dixit & illud Aue, quod va disperdidit Orbe;
 Tu pudibunda paves, membra pauore tremunt.
 Tu cæca voluis humi castæ duo sidera frontis,
 Quam pudor æqualem compulit esse rosis.
 Cum solus Paranympus adest; ita lumina fleclis?
 Quò sigas, præsens cum tibi Sponsus erit?

Quò

XIV.

Quo Calci Soboles cum viscera sacra sub'bit,
 (unctaq; Calorum gaudia venire feces?
 Oh! Scio, qui vertas, in me tua lumina torques;
 Si magè quàm sit humus, vilia, Virgo, cupis.

VRBANO OCTAVO, Pontifici optimo,
 maximo.

Svmme Patrum salve, Calorum Ianitor, ora
 Inferioris A las, alter in Orbe Deus.
 Popule lunato veneror vestigia gressus,
 Quem mea corda vouent Nestoris ire dies.
 Nestoris ane dies voucant aeterna merenti?
 O, precor aeternos Nestoreosq; simul.
 Viuito Nestoreos, Pa'foris munere fungens,
 Viuito perpetuos Calici ouilis Ouis.

Ad Eminentiss. Cardinalem ANTONIVM Bar-
 berinum e Capucia tuu Familiâ ab Urbano
 Octauo Fratre germano ad Purpuram
 assumptum.

IAM tua cinzēbat crinitum tempora sertum,
 Triplice uoiorum flore virene nitens.
 Hinc grauibatur sibi frons, & dulcia voluens
 Gaudia, quodq; grauans hinc reueber oris.
 Den q; cum veteri se Purpura sacra Corona
 Ad dit, & frontem sub sua scepra dedit.
 Tum verus indoluit, tunc frons noua pondera fleuit,
 Fleuibus & mastam tunc in defecit humum.
 Nam qui liberior regnaret, libera regnis
 Regnabat sensi fraus regendo suis:

Sub.

X V.

*Substitit, & questus longum sacra Purpura pendens,
Saxit ab arreo non resilire loco.*

*Alox a r; assuetus proprio iuga necesse collo,
Post aliena magis subdere colla valet.*

*Nec minus hinc liber regnabit, regna regendo
Lætera; regna Poli nam magis iura parat.*

Ad Eminentiss. Cardinalem FRANCISCVM
Barberinum Papæ Vrbani Octau
Nepotem.

D Olla perennè virens ornat tua tempora lauras,
Hac eadem decorat Purpurâ iugè rubens.

*Trasignis doctrina trahit per tempora laurum,
Vobis à reliquis Purpura tracta micat.*

*Sic simul intexta laurusq; & Purpura fulgent,
Indiq; sis radians Urbis & Orbis honor.*

*Sic P A T R V I bene calcas iter tua tibia. Inre
Gloria te Patris trinag; ferta manent.*

Ad Illustriss. D. PARIDEM Archiepiscopum
Salisburgensem Principem Sac. Rom. Imp. ex
Illustriss. Com: de Lodrono Familia.

V Nd q; tanta furit virtutum Fama tuarum;
Omnis ut ora soli plena stuporis hist.

*Iamq; tui causâ quod falsum credidit Orbis;
Nunc aliquo verum creditur esse modo.*

*Creditur esse Sophi sententia falsa, putantis
Corpore mens abiens quod subit inde nouum.*

*Sed tua dum Te illius presignia facta reuoluit;
Talia non prorsus semina falsæ putat.*

XVI.

Si tibi mens eadem non est, quæ Regibus ullis
 Ante fuit; longè maior ab Axe data est.
 Quidquid in elapsis pranobile mentibus hæsit;
 O PARS, in mentem venit id omne tuam.
 Magna fero, sed vera tamen; si vera referre
 Vox populi soluta est, quæ solet esse DEI.

Ad Illustriss. D. CAROLVM Emmanuelem
 Episcopum, & Principem Tridenti &c.
 Comitem de Chialant.

Rægnat in angustâ tibi gratia modestia fronte,
 Atq; verecundus stat pudor ante genas.
 Ceruus ingenuus candor certare pudori,
 Gratia sed proprium signat virq; locum.
 At loca cuncta simul quiddam calescere perrerat,
 Licet quod insolitiæ cætera dona beat.
 Præsentis pietas, clementia, prompta voluntas
 In bona, diuus amor, pectora sacra tener.
 Aut genuit virus te, præsentissime Præsul,
 Aut in te sedem contulit illa suam.

In Electione Augustissimi Cæsaris
 FERDINANDI III.

DVM diadema sacrum FERNANDI tempo-
 ra vestit,
 Romæ dumq; grauant aurea sceptrâ manus;
 Dulcia consumptis marorum nubibus omnes
 Gaudia necessebant, lætâq; signa dabant.
 Quis bet immensos agnabat pectore plausus,
 Haud color humanis memibus vilis erat.
 Aureus

XVII.

Aureus ipse Polus voluebat iuhila; tandem
 Magna sed in magnis hic fuit orta Dysi.
 Lis erat an Regem decoret magis tanta Corona,
 Vel magis ornatur Rege Corona suo.
 Explicuit nodum, qui temperat omnia, dicens;
 Par dicus alterna fertur utriq; vice.

Preces ad DEVM pro eodem.

Terre prima salus, atq; una, ter optime IESV,
 Aud, quas mittunt pectoris ima preces.
 Continuata salus (ah!) sis Terreq; Duciq;
 Terre, diq; d tū p. sse salute frui.
 Oh: Terra seruato lucem, seruatoq; Terram,
 Viuat & ille P A R I S moribus, illa Ducis.

Preces ad B Virginem pro Sereniss. CAROLO
 Ferdinando Arch d uce Austriae &c.
 Com: Tyolis &c.

VIRGO, materniq; decor supreme decoris,
 Mater, & insistentis V i g n i t a t i s honor.
 Terrarum princeps lumen FERVANDVS ab hostis
 Flamme ne pereat; iam petiere preces.
 Et petiere preces; ut princeps lumen Olympi
 Lumen in hoc Terre, iuge fauendo fluat.
 En noua lux Terre, Terras quam ceditur ortu
 Illustra uiam luminis esse sui
 Inuorem, inquam, FERVANDVS, nobile lumen,
 Quod vestro superum munere Terra stupet.
 Altera in Celi lux es o Virgo, nitore
 Alterius Terre lucis, & ipsa faue.

Oh!

XVIII.

*Ob! Precor, in Terras ambo vos fundite; Cali
Vtraq; lux Terra lumen utrumq; regat.*

Ex ijs Epigrammatis, quibus est titulus NIHIL
explicitum &c. translata sunt ista.

Sunt quibus equiparant hominem prope millia rerū;
Nempe milendinum, follis, arachna, rota
Nempe vitrum, folium, labyrinthus, spingia, fanum;
Mors, venus, laqueus, fabula, spina, domus;
Nempe ratis, bellum, carmen, scintilla, theatrum,
Momentum, vestis, tibia, bulla, sonus.
Nempe vapor, fumus, stadium, rosa, clepsidra, torrens,
Exilium, speculum, puluis, arundo, fides;
Nempe lucerna, labor, pomum, ros, luna, pruina,
Histrio, pus, aetas, urbs, pila, stilla, salum;
Nempe merum, carcer, simulacrum, scena, sagitta,
Cruce, nux, nix, nox, nex, tessera cursus, avis.
Nempe trochus, speculum, silum, via, ianua, cribrum,
Quod magis est geminum dicitur esse Nihil.
Quam vastum Nil! Cui Terre non sufficit Orbis,
Cui satiare sitim nec Teibys ipsa valet.

Aliud.

Intima seu nostri cordis penetralia lustrō,
Exima seu cupidā frontis oberro face.
Non nisi subueniunt que pessima; plurima noxa,
Maxima congeries, & genus omne mali.
Me tamen esse Nihil referunt; tanēne malorum
Turme, tot labes iure vocanda Nihil?
Aut quiddam Nihilo credo sim fedius; aut nil
Cuius sit forme non mihi ruc patet.

De Sereniss. Mutinensium &c. Duce ALFONSO
III. in Capucinatorum Ordinem cooptato.


Obstupet Alfonso spatiosa machina Terra,
Qui trabeam posui magnaq; sceptrum Ducis.
Quid sunt sceptrum? Nihil. Trabeæ quid fulgor, honorue?
Nil, nil. Alfonso deserti ergo nihil?
Nil ceriè. Sed tam a negotia cuiq; facessit
Hoc nil, nil mundus tam cupit, ambit, amat;
Ut merito stupeant Alfonso climata Terræ;
Linquere tam fallax hoc potuisse nihil.

Ex Ænigmatis de Nihilo sequens est
huc appositum.

NIL sum, pulcra tamen stolidis res censeor esse;
Et nil me pulcher turpius Orbis habet.
Res eadem multis sum grata, ingrataq; multis,
Hic me amat, ille odit, querit hic, ille fugit.
Qui mihi sunt hostes multo dignantur honore,
Qui me odit, vivit; quiq; amat, ille perit.
Cum nil sim poteris facili me scire labore;
At verè quid sim; vix bene scire soles.

Solutio. Vanitas mundana.

NIL sunt res mundi vana, stolidisq; putantur
Pulcra, nil illis turpius Orbis habet.
Quid sint; cuiq; liquet, quod sint dispèndia Terris
Noscuur; ac noto quis fugit illa modo?



E Funeribus hæc duo apposita sunt.

In funere FERDINANDI II. Cæsaris
Augustissimi.

Heu sibi FERNANDVM Mors subdidit un-
guibus atris,
Subdita cui Terra machina cuncta fuit.
Ocyus at raptus leti fuit unguibus, atris
(Venerat inde prius) redditus estq; plagis.
Huic similem virtute micans non novit Olympus,
Et Natura parens se generasse negat.
Christigena sacris onerabant Æthera votis,
Vinceret ut Pylis tempora fessa senis.
Annuat Astripotens post ultima funera: iussu
Illius in NATO iam rediurus adest.

Aliud.

HEV: Dux emoritur viuentum. Viuere capit
Emoriendo sibi: vixerat ante suis.



X X I.

Ad chartas redundantes explendas accessere
sequentia.

CAPVCINORVM ortus longè ante prauisus.
Ex Annal. Capuc. ann. 1524. n. 26. f. 27.

Viderat humanum superi Moderator Olympi
Se genus innumeris implicuisse malis.
Atq; homines hominum dicto non viuere more,
Panè sed in varias de generasse feras.
Illos hircino fligrare cupidinis astu,
Seuicte suas hos superare tigres.
Vasta leonino turgescere pectora factu,
Orag, vipeream promere tetra luem.
Atq; sues auidosq; lupos, vulpesq; rapaces
Moribus humanis agglomerasse suos.
Hos vbi Celipo ens solio despexit ab alto
Semiuerosq; feras, semiterasq; viros.
Ergone tot, dixit, feret effera monstra trisultum
Fulmen, & in Terris tot sinet esse mala?
Dextera iam fulmen vibrabat; ut inclyta Virgo
Aduenit, & dextram se cohibere rogat.
Se cohibet; tum Virgo; Pater Pater, optime Terra,
Ne quod formauit dextera perdat opus:
Plasmatis antiqui si non est forma superstes;
Te duce, qui renouet plasma; minister adest.
Deinde Capucinos, quos pallia sacra tegebant,
Deiecit, in promptu est ecce minister, ait.
Hac dum Virgo refert, pedetentim fulmina dextra
Solibus ut case, sunt liquefacta, niues.
Heu mihi iam fulmen renouatum dextra minatur,
Heu ne sic reliquis; què prohibebo, nocens?
O Virgo,

X X I I.

O Virgo, tu cuiq; salus, tu sospita Terra,
 Atq; pererrantis tu Cynosura iherin.
 O pia, tu dextram cohibe, tu fulmina verte,
 Ne noceant; viuas tu renouato preces.
 O mea Vita, meam sic vitam dirige; ne sit
 Morsq; sibi, exemplo mors alijsq; suo.
 Oh! Saltem de corde cie lacrymosa fluentia:
 Ignes fulmineos ista fluentia necant.

Stigmata D. FRANCISCI.

Q V A caput Aluernæ mons inter nubila celat,
 Et viridante comâ sidera celsa ferit,
 Perpetuisq; simul niuibus riget horridus, vlla
 Quas neq; Tuantis soluere flamma valet.
 Has inter glacies ardens feriebat & ipse
 FRANCISCVS iugi sidera sacra prece.
 Sidera quinq; piâ voluebat mente, Tonantis
 Quæ quondam membris inuulsi atra manus,
 Sidereumq; sacris in feruida nota querelis
 Clamabat Dominum, fletibus ora rigans.
 Quæq; prius solo versabat pectore; tandem
 Corpore conspexit fixa tacere suo.
 Quis neget esse recens te iam, Pater optime, calum,
 Corpore qui sacro sidera tanta tene?
 Nâ nossem; Cali Dominum te, Sancte, putarem:
 Membrorum Domini nobiliora tenes.

Ad S. IGNATIVM Loiolam.

I Gnite IGNATI, da corda ignescere, sordes
 Ignosci. Ignatij nomen & omen erit.

Anima

XXIII.

Anima Christiana CHRISTO Crucifixo.

O H! Capitis que mesta facem sp: Tacula ledunt?
 Lumina que nulli nostra v' aenda vident?
 Omnibus aut potius que cerno videnda, videre
 Nil magè quando iuuat, nil magè quemq; decei?
 En omnis te cerno boni Fons vnice I E S V,
 In mare nunc ingens omnis ysse mali.
 Siccine te rerum Columen deperdis, & atro
 Obijcis angore, proyicis atq; neci?
 Parce, precor, si verba loquor non congrua; malim,
 Vt peiora feras; me, bone CHRISTE, feras,

Aliud.

E T iacet, & premitur leo qui fortissimus esse
 Fertur, & infernas edomuisse feras.
 Et rugit, & strepitat qui mansuecissimus Agnus,
 Qui typus & vere forma quietis erat.
 Et dolet, & queritur, fruitur qui sede cupitâ,
 Concipit & cordis gaudia vera sui.
 Tu, mi, Christe, iaces, premerisq;, rugisq;, dolesq;,
 Qui leo, qui gaudens, qui pius Agnus eras.
 Oh! Quas non sumis, mi Formosissime, formas,
 (Nec iuuat) ut vita sit noua forma mea.

In Funere B. FELICIS.

H E V perijt FELIX periens at in Æthera scan-
 dit:
 Nunquam tam felix quam pereundo fuit.

XXIV.


De S. VIGILIO Episcopo Tridentino,
& Martyre.

DVM pius inuigilat vigil ille VIGILIVS
omnem
Ducere a spersum Christi in ouile gregem,
Præpes & in mon es, & in inuia transuola; inde
Ut paret ipse sibi iuius Axis iter;
Saxoso turbare viam grex perfidus imbre
Capit, Myſta citis obrutus estq. petris.
Sanguinis hic imber peperit vaga flumina, Sanctus
Mersus & his, tetigit littora celsa Poli.
O Vigil, haud poterat a capto tramite velli;
Vellere aum certant; promptior inde volas.

De S. SIMONE Infantulo Tridentino, à Iudæis
trucidato.

VIX bene denatus, SIMON. flos auree, crudâ
Ca-peris à dextrâ, surripereq. solo.
A male discerpum dum te forat vnd q. totum;
Integer insereris rursus in Axis agros.
O flos, qualis eras, quem dum manus impia tentat
I erdere; sorte dedit te meliore f. ui?
Errauit natura solo tua germina credens;
Non debba ur Terra, sed ipse Polus.
Errans errorem natura dextra diremit:
Quæ debebaris, præta superna dedit.

L A V S D E O.



P/6061

is
fa

Misc. G. S. d. 307.

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

I
I-Op
d
40

Familia Alexandri 1773

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613



De commentu sup. 1638.